

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

sane hac multo proprius ibis, et minor est erratio.  
Scin' Cratini huius ditis ædes? D. scio. s. ubi eas præ-  
terieris,

Ad sinistram hac recta platea; ubi ad Dianæ ueneris,  
Ito ad dextram: prius, quam ad portam uenias, apud  
ipsam lacum

Est pistrella, et exaduorsum est fabrica, ibi est. D. quid  
ibi facit?

S. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit,  
Vbi potetis uos. D. sane bene. sed cesso ad eum pergere?  
S. I sane; ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicem  
nium.

Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:  
Ctesipho autem in amore est totus. ego iam prospiciam  
michi:

Nam iam adibo, atque unum quodque, quod quidem  
erit bellissimum,  
Carpam, et cyathos forbillans paulatim hunc produ-  
cam diem.

## ACTVS QVARTI SCENA III.

MITIO, HEGIO.

M. Go in hac re nihil reperio, quam ob rem laus  
der tantopere Hegio.

Meum officium facio: quod peccatum a no-  
bis ortum est, corrigo:

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita  
putant

sibi



A D E L P H I

Sibi fieri iniuriam si quā fecere ipsi. ultro expositulant,  
Et ultro accusant: id quia non est à me factum, agi  
gratias?

H. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum  
induxi meum.

sed quæso, ut una mecum ad matrem uirginis eas  
**Mitio,**

Atque istæc eadē, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri,  
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illam  
psaltriam:

M. Si ita æquom censes, aut si ita opus est facto, eamus.

H. bene facis:

Nam & illi animum iam relleuabis, quæ dolore, ac  
miseria

Tabescit; & tu officio fueris functus. sed si aliter  
putas,

Ego met narrabo quæ mihi dixti. M. immo ego ibo. H.  
bene facis:

Omnes, quibū res sunt minū secundæ, magi' sunt  
nescio quo modo

suspicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:

Propter suam impotentia, se semper credunt neglegi.

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabi:  
lius est.

M. Et recte, & uerum dicis. H. sequere me ergo hac intro.

M. maxume.

A C T V S



ACTVS QVARTI SCENA IIII.  
AESCHINVS.

Ac. Iscrucior animi. hoccine de improviso mali  
d mihi obijci

Tantum, ut neque quid de me faciam, ne-  
que quid agam, certum siet?

Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit:  
pectore

Consistere nihil consiliū quicquam potest. Vah quo modo  
Me ex hac turba expediam? tanta nunc suspectio de  
me incidit,

Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me emisse  
hanc psaltriam:

Anus indicium id fecit mihi.

Nam ut hinc forte ea ad obstetricem missa erat, ubi eam  
uidi, illico

Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam partus assiet:  
Eo ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, iam  
Aeschine

Sati diu uerba dedisti: satis ad hoc tua nos frustrata est  
fides.

Hem, quid istuc obsecro inquam est? ualeas, habeas il-  
lam quæ placet.

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,  
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.

Nunc quid faciam? dicam ne fratris esse hanc? quod  
minime est opus

Vsqā efferri. age, omitto: fieri potis est, uti ne qua, exeat:  
Ipsum id metuo uti credant: tot concurrūt uerisimilita.

Egomet